



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

131 Iudex secularis defectum iudicis ecclesiastici supplere non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

mini incurrunt, ut in ead. Bull. eod. n. 18. ibi,
 innovantes decreta super his per sacros ca-
 nones, &c. Card. Tolet. loco supra citato,
 & Sayr. ubi supra. Nec subsistunt deducta
 per Balb. eod. cons. num. 33 & seq. quem
 etiam sequitur Olalc. eod. num. 21: & 23.
 & post alios Lopez. in annot. ad pract. crim.
 Diaz. c. 103. ubi fere per tot. plura dedu-
 cit, quia, cap. principes seculi, 23. quest. 5.
 & cap. filii. 16. quest. 7. per ipsos allega-
 ta non probant assumptum, quod deficien-
 te superiore ecclesiastico, vel recusante
 efficere, ut pro bonis ecclesie fiat con-
 tributio, possit laicus negligentiam super-
 ioris ecclesiastici supplere. Quia ille text.
 tantum probat, quod Principes seculares
 ad hoc sunt instituti, ut Ecclesiam defen-
 dant, & reos criminum vivere non per-
 mittant; ut inquit gloss. ibi in verb. Prin-
 cipes; qui text. est aded clarus, ut in du-
 bium revocari non possit, in ver. ceterum,
 ibi, quod intra Ecclesiam potestates neces-
 sariae non essent; nisi, ut quod non pra-
 v. I. ut sacerdotes efficere per doctrinae ser-
 monem; potestas hoc imperet per discipli-
 nae terrorem, ut bene declarat Archid.
 nempe, per disciplinam cruentarum ultio-
 num, quas Ecclesia non exercet, ut in
 eod. cap. Principes, & text. in cap. in Archie-
 piscopatu, in fin. de raptor proceditque, ubi
 potestas Ecclesie non potest idem facere
 propter facti resistantiam tunc potest im-
 plorari brachium seculare, ut not. Ausfrer.
 in addit. decis. capel. Tolos. quest. 149. per.
 text. in cap. 1. de offic. ord. & ibi gloss. & dd.
 & Campeg. in tract. de com. cap. 9. num. 85.
 tom. 13. Secularium enim dignitatum ad-
 ministrantibus defendendarum ecclesia-
 rum necessitas incumbit; quod, si facere
 contempserint, a communione sunt repel-

lendi, per text. in c. dicat aliquis, in fin.
 23. quest. 5. Vnde, quod necessarium favo-
 re sacerdotum facere tenentur, in odium
 retorqueri non potest. Hisque, ac similibus
 de causis magistratus seculares eccle-
 siasticis invocantibus, brachium seculare
 prestare tenentur; ex alibi supra allegatis.
 Nec quidquam facit, gloss. 2 in eod. cap.
 Principes in contrarium citata; quia iura
 per eandem gloss. allegata, & cap. filius
 cum gloss. 16. quest. 7. in argumentum ad-
 ducta, in diversis terminis loquuntur, ut
 legenti patet ad sensum, ut post Io. And.
 quem citat, optime respondet Abb. in c.
 qualiter, & quando, sub. num. 7. de iud.
 & ex diversis non fit illatio, l. apinianus ex-
 uli, ff. de minor. Sed bona ecclesiastica
 sunt immunita de jure divino, ac privilegio
 etiam Constantini, Constantis, Valenti-
 niani, & Iustiniani Imperatorum, quibus
 tamen opus non habebat Ecclesia jure di-
 vino suffulta, ut in cap. in qualibet, 23.
 quest. 8. tributum autem Ecclesia non,
 nisi spirituale, Imperatoribus dare tene-
 rur, ut per gloss. in cap. tributum, subvers.
 defensare, quam sequitur Archid. ead. q. 8.
 131 Quod t. autem iudex secularis non
 possit supplere defectum iudicis ecclesi-
 astici, quo est longe minor, post commu-
 nem aliorum doctorum ibi citatorum
 opinionem, tenuit Rot. ut sup. num. 92.
 quinimò iudices laicos, nec habitu habere
 jurisdictionem in clericos; imò illius esse
 omnino incapaces, fuit decisum in ea-
 dem Rota, coram Pegna, ut in decis. de qua
 supra n. 99. Ideò, nec subsistunt deducta
 per Fatinae ubi, inquit, quod iudice eccle-
 siastico negligente, possit Iudex, & Prin-
 ceptus laicus, illius negligentiam supplere, ut
 in sua praxi crimin. cap. 8. n. 23. vers. limi. a

tertio hinc notam: quia ejus opinio est contra text: in cap. soluta, §. praterea, ubi etiam gloss. de major. & obed. & reprobata à Rota in locis suprà allegatis, præcipue numer. 92. 93. & 100. & alijs per me suprà deductis.

132 Incurrunt ꝑ etiam dictæ excommunicationis sententiam, qui prædicta ab ñque Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam, exquisitisque modis exigunt; & præmissa facere, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel favorem præstare non verentur; cujuscunque sint dignitatis, præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali, aut regali fulgeant dignitate; seu Principes, Duces, Comites, Barones & alij Potentatus, quicunque etiam Regnis, Provincijs, civitatibus, & terris quoquomodo præsidentes, & consiliarij, senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti ut in eadem Bull. eodem numer. 18 & Sayr. eodem cap. 22. numer. 1. & 2. Hoc enim casu agentes, consulentes, & favorem præstantes pari pœna puniuntur, & hæc æquiparantur atrocissimis delictis, in quibus consulentes pari pœna plectuntur, ut c. felicis, de pœna. in 6. clem. si quis suadente, eodem tit. & Felyn. in cap. sicut dignum, num. 2. de homicid. consilium autem præstatur rogando, impellendo, instruendo, vel securam utilitatem ostendendo, Sanct. Antonin. in 3. par. tit. 25. capit. 2. & 3. & Sayr. eodem lib. 3. s. 15. num. 12.

133 Decimonono, eadem excommunicationis sententia fertur contra omnes, & quoscunque magistratus & judices, notarios, scribas, executores, & subexecutores, quomodolibet se interponentes

in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas procoffando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illos proferendo, vel exequendo, sine speciali specifica, & expressa sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, etiam si talia committentes fuerint consiliarij, senatores, præsidentes, cancellarij, vicecancellarij, aut alio quovis nomine nuncupati, ut in eadem Bulla Coena Domini num. 19. & Sayr. dict. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2.

134 Antiquitus ꝑ civitates, quæ populari statu regebantur ostracismo, qui genus relegationis existerat, in consilio per calcula utebantur; & qui quodam suffragiorum numero damnabantur, ad decennium in Argivam relegabantur; & eos qui excellere videbantur, propter divitias, vel amicos, aliamve potentiam, extra civitatem ad dictum tempus tyrannico more relegare solebant; non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam, Arist. lib. 3. politic. lect. 12. §. quapropter à civitatibus, & Plutarc. in vita Aristidæ.

135 Hic ꝑ ostracismus, mutato nomine, & discolatus dictus, etiam hodie in quadam civitate est usu receptus, quæ diuturna temporis consuetudine eo abusa est; cum enim non complectatur, nec complecti possit alienos subditos in alienam messem falcem imponendo, magistratus ejusdem civitatis, penes quem totius imperij residet auctoritas, ecclesiasticas personas eodem discolatu judicare conatur, eosque suffragijs cribrando, & ventilando factiosos nominat, ac exules etiam publico edicto renunciat, & fuit à me quæsitum, an magistratus ille sententiam